

56 Th. Bartholini

Copula armillæ non pars sed appendix.

Ad armillas enim, ut rectius car-
pum amplectantur, copula est
necessaria, quæ dextrocherii pars,
qua jungitur, dici non meretur,
sed appendix. Ea vel tænia fuit,
vel fibula. Illam in Maximinum
Iuniolem indigitavit *Iulius Capi-
tolinus*: *Dextrocherium cum co-
stula de hyacinthis quatuor, præter
vestes auratas. Dextrocheria in
Codicibus nonnullis Manuscri-
ptis, nemo approbabit facilè,
quia & Casaubonus &, quod ur-
gentius, Salmasius improbarunt.
Copulam autem pro Costula ap-
tius legendum, uterque censet.*

Copulæ
usus.

Fuit hæc copula dextrocherio ap-
penfa, ut ejusdem colligaret ca-
pitula. Sic enim *Glossæ*: *Copula,*
χειρ, ἀλυσέδιον, μέλ, ἄρθρον χειρός.
Vbi Vir sine pari *Cl. Salmasius*
iterum audiendus, qui *χειρολυ-
σέδιον* legit, hoc est, manus cate-
nulam, quia copulam nemo un-
quam dixit manum significare.

Ἄλυσ-